

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Jodoci Badij asce[n]sij Stultifer[a]e navicul[a]e seu  
scaph[a]e, Fatuarum mulierum: circa sensus quinq[ue]  
exteriores fraude nauigantium ...**

**Badius Ascensius, Jodocus**

**[Straßburg], 1502**

**VD16 B 145**

Celeusma gustationis fatue

[urn:nbn:de:bsz:31-294548](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-294548)

37  
**Celeusma gustationis fatue.**

quæ licet differre; licet castigare & opprimere; hoc vnum commune faciam. Ista voluptas naturalis est non necessaria; huic nihil debes. Si quid impendis voluntarium est. Venter precepta non audit; poscit appellat; non est molestus creditor; paruo dimittit & mandas illi quod debes non quod potes. Hec de illo seneca. Ex quibus constat ipsum sobrietatem amasse & precepisse; eius tamen sequaces voluptatem corporis secuti sunt. Vnde ut iam vidimus in superiori scapha Philoxenus collum gruvis a dijs immortalibus sibi dari exoptavit / quo diuturnior esset ingurgitandi voluptas. Horatius etiam in epistolis attestat epicureos se molliter curare dicens de se. Me pingue & nitidum bene curata cute vises; Quum ridere voles epicuri de grege porcum. Sunt autem modo infiniti pene eius generis porci; qui nihil somniant; nihil vigilant preter lauticias; quomodo obsonia parare faciunt; quibus appetitum excitent; quorum insatiabilis gula. Vnde Iuuenalis. Quanta est gula quæ sibi totos ponit apros animal propter conuiuia natum. Neque vero tantummodo diuites in hac scapha sunt; sed plurimi pauperum qui quod sex diebus operando sudore multo acquisierint; septimo absumunt. Quinetiam sunt qui ut dicit Iuuenalis; vna comedunt patrimonia mensa. Hos autem omnes vocat stulta gustatio; hoc celeusmate fere Beroaldus no dicens.

Seneca.

Horatius.

Porci

Iuuenalis.

Diuites

Langos

Beroaldus

**Celeusma gustationis fatue**

p Igra gulę proceres; o fardanapalica proles;

Corpora de somno iam releuare decet

E



## Celestina gustationis satue.

Ecce vocant molles regna ad letissima venti

In quibus irritant fercula mille gulam

Lucilli cernas fileat patinasq; vitelli

Nec non aotoni prandia prisca fides:

Fercula pontificum nemo; aut epulas saltorq;

lactet; & albanas cesariasq; dapes.

Iam patina esopi cedat; iam luxus apici

Et tholomeorq; prodiga luxuries

Iam sua campani taceant conuiuia; poenus

Quę sensit poenis perniciofa suis

Nec medi factent reges; siculicq; tyranni

Vana questos ambitione cibos

Omnia iam cedant conuiuia; prandia; cenę

Quę celebrant vates; famaq; cantat anus

Fercula sunt regum; sunt hic ientacula diuum

Hic sapiunt nectar pocula & ambrosiam

Hic nitida; hic dubia est; hic est lautissima cęna

Om nibus absq; vilo parta labore gulis

Iuppiter huic epulo si forte vocatus adesset

Diceret; in celis talia non habeo;

Ergo quid astatis stupidi; penetrare phaselum

Ecce aderunt horis regna beata tribus

Sequitur scapha contactationis satue

Lucilli cernas

Vitelli

Aotoni

Pontificum

Albanas dapes

Esopi patina

Tholomeorq;

Campani

Scul



Vit  
q nio  
re n  
quanto  
moris in e  
plime am  
alloquitur  
mare est vi  
re; & taci  
m. Secūda  
alloqui/p  
teriaz con  
Quarta q